



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Relationes De Gloriosa Morte Novem Christianorum
Iaponensium**

Pasio, Francesco

Moguntiae, 1612

Ioannis Martyris. Ad Patrem Propræpositum Prouincialem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68461)

quidem nūcio laudes Deo gratesq; habeo, eiusque interea maiestatem veneratus, meamque vilitatem despiciatui habens, opperior apparitorum, qui me ducat. Quanta animus meus voluptate perfruatur verbis non possum exponere, itaq; quoniam addere plura non licet, hic finem facio. Amoris tamen memoriam, quo me omni hoc tempore persecutus es, nullus depono. Quæso te, vt errores mihi omnes meos condones. III. Idus Ianuarii, anno MDCIX. quo eodem die Martyrio perfunctus obiit.

IOANNIS MARTYRIS.

*Ad Patrem Proprepositum
Prouincialem.*

DEVs R. P. hunc meum ad te scribendi laborem fortunet. Adest illud, diuina prouidentia decretum, cūm, vt semper optaui, Do

F 4 ui, Do

ui, Domino nostro, mei in eum amoris testandi, honoris & gloriæ ipsius propagandæ, & fidei nostræ sanctæ tuendæ causa coniugē, filios, familiam, cætera, atque adeo vitam ipsam deuoueam. Non possum his meis inconditis verbis exprimere, quanti hoc præcipuum beneficium à Domini nostri benignitate in me profectum pendam, atq; æstimem. Non possum pares tibi gratias referre pro sanctis & salubribus consiliis, quæ mihi dedisti, pro amore, quo me omni hoc tempore comprehendisti. in primis verò quod inter sacrificandum, & precandum, mei semper memoriam colueris. Ego maximus peccator quatuor annorū spatio magna cum voluptate, & solatiis, ærumnas carceris pertuli, vt tot in eo exactæ veris, autumniq; tempestates vnius horæ instar habuisse videantur. Et nunc offero, vtī semper expetiui, Domino nostro res omnes meas, & vitam, & quoniam

niam, quid de hoc collato in me
Dei munere sentiam, non possum
calamo describere, finem hic scri-
bendi facio.

*Eiusdem ad P. Ioannem Ba-
ptistam Baezam spiri-
tualem suum Pa-
trem.*

DEo sua gratia opitulante, ac
fauente, has ad te R. Pater
litteras do, quibus de meiste-
rebus certiolem faciam. Decem
ab hinc annis penitus eram tenebris
errorum, quibus Ethnici tenentur,
immersus, & multigeneribus no-
xis impeditus. Sed postquam Deo
Domino nostro pro sua incompre-
hensibili, & infinita misericordia
placuit, vt sacro baptismo abluc-
rer (cuius gratiae causa nullum fi-
nem facio gratias agendi, diuinam-
que prouidentiam & benignitatem

F 5 prae di